

Communiō

Si negligentia circa formam contingeret talis per quam impediretur consecratio. de quo supra habitum est. repetatur forma debita sup materiam debitam. et hoc dum certus fuerit se formam non integre ptulisse. si vero dubitat consilium est doctorum vt procedat. quia cōtingere potest q̄ ex distractione subita obliuiscatur se ptulisse.

De intentione supradictū est. Sufficit em̄ intentio virtualis circa materiam que est in pspectu cōsecrantis. etiā si forent plures particule. ⁊ circa numez earum erraret. dum modo tamen totum quod in pspectu est intenderet saltem virtualiter cōsecrare. Circa scdm. si negligentia contingat in ceremonialib⁹. loco. tempe. vasis. gestibus. orationibus aut alijs que non sunt de necessitate consecrationis. nō hec negligentia impedit effectum cōsecrationis. licet celebrans si ex sua culpa accidit quandoq; incidat excōmunicacionē quandoq; irregularitatē. tamen ppter hoc nihil est incepto canone iterandum. sed pcedendum.

De tercijs negligentijs circa irreuerentiam sacramenti. Si musca. aranea aut venenum in calice dep̄hensum fuerit nihil abominabile sumi debet aut mortiferum. sed in vasculo mundo debet sacramentum recludi. ⁊ reponi in loco ad h̄ in ecclesia deputato. et mundato calice de nouo fiat cōsecratio sanguinis. vt supra dictū est. si aqua fuisset in calice. et cōsecratus sumatur. Si vero animal potest capi capiatur ⁊ capto animali. potus si nō est abominabilis nec mortifer⁹ incineretur animal. ⁊ cineres p̄seruentur cū reliquijs ac deinde sumatur sacramentū. Idem si mus vel animal apprehensam hostiā cōsecratā comederet. si apprehendi potest incineretur ⁊ cineres cū reliquijs condant. Sic fiat de pticulis reseruatīs p̄ infirmis. si p̄putruerūt v̄l in puluerē redacte sūt. ponantur cum reliquijs aut loco honorabili in ecclesia ad h̄ deputato. Si vero hostia p̄secrata in terrā ceciderit radatur locus quē tetigit. ⁊ rasura cum reliquijs reponatur et hostia sumatur si sine abominatione fieri poterit.

Sic si euomuerit quis. lota sumatur. Alioquin vt supra in loco mundissimo reseruetur. Si sacramentum sanguinis fufum fuerit in pallam vel pallas altaris. ter lauetur

k 2